Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Oracvla Magica Zoroastris

Opsopäus, Johannes

Parisiis, M.D.XCIX.

Testimonia vetervm aliqvot scriptorvm de zoroastre

urn:nbn:de:bsz:31-248481

Visual Library

TESTIMONIA
VETERVM ALIQVOT SCRIPTORVM DE ZOROASTRE.

E Platonis Alcibiade primo.

Επειδὰν ὁ ἑπτέτεις γένωνται οἱ παῖδες, ἐπὶ τοὺς ἵππους καὶ ἐπὶ τοὺς τούτων διδασκάλους φοιτῶσι· καὶ ἐπὶ τὰς θήρας ἄρχονται ἰέναι. δὶς ἑπτὰ ὁ γενομένων ἐτῶν, τὸν παῖδα παραλαμβάνουσιν οὗς καλοῦσι βασιλείους παιδαγωγοὺς ὀνομάζουσιν. εἰσὶ δὲ ἐξελεγμένοι Περσῶν οἱ ἄριστοι δόξαντες εἶναι ἡλικίᾳ τέτταρες. ὅ τε σοφώτατος, καὶ ὁ δικαιότατος, καὶ ὁ σωφρονέστατος, καὶ ὁ ἀνδρειότατος. ὧν ὁ μὲν μαγείαν τε διδάσκει τὴν Ζωροάστρου τοῦ Ωρομάζου. (ἔστι δὲ τοῦτο θεῶν θεραπεία) διδάσκει δὲ καὶ τὰ βασιλικά. id est.

Pueri cũ septimum annum transgressi fuerint, tum equos conscẽdunt, & equorũ magistros adeunt, & venari incipiunt. anno autem decimo quarto puerum suscipiunt ij quos illi regios pędagogos appellãt. Sunt vero ij e Persis selecti quatuor constantis ætatis viri, & sapientissimus, & æquissimus, & temperãtissimus, & fortissimus, quorum primus magiam docet Zoroastri Horomazi filij. Hac autem in re cultus deorum versatur. docet etiam & ille regia instituta.

E Clement. Alexandr. Strom.

Ζωροάστρην τὸν μάγον τὸν Πέρσην ὁ Πυθαγόρας ἐδήλωσεν. βίβλους ἀποκρύφους τ' ἀνδρὸς οὗτοι οἱ τοῦ Προδίκου μετιόντες αἵρεσιν, αὐχοῦσι κεκτῆσθαι. *id est.*

Pythagoras manifestauit Zoroastrem magum illum Persam. Huius viri libros secretos penes se esse gloriantur Prodici sectatores.

Ex Eusebij lib. x. de præp. Euang.

Ἀπὸ δὲ Μωσέως πάλιν ἀνιὼν ἐπὶ τὸ πρῶτον ἔτος ζωῆς Ἀβραὰμ, εὑρήσεις ἔτη φέ· τοσαῦτα ἀπὸ οὗ δηλωθέντος ἔτους τῆς Κέκροπος βασιλείας τὸν ἀνωτέρω χρόνον ἀπαριθμούμενος, ἐπὶ Νῖνον ἥξεις τὸν Ἀσσύριον, ὃν πρῶτόν φασιν ἁπάσης τῆς Ἀσίας πλὴν Ἰνδῶν κεκρατηκέναι, οὗ Νῖνος ἐπώνυμος πόλις, ἣ Νινευὶ παρ' Ἑβραίοις ὠνόμασται, καθ' ὃν Ζωροάστρης ὁ μάγος Βακτρίων ἐβασίλευσε. *id est.*

A Mose vero vsque ad primum annum vitæ Abraham quingentos ac quinq; annos cōperio: quos si à Cecropis regno ad superiora auferas, ad Assyrium Ninum tādem peruenies, quem aiūt primum toti Asiæ, India solū excepta, regnasse: à cuius nomine ciuitas Ninus appellata est, quā Iudæi Niniuen dicunt. eo tempore Zoroastres magus apud Bactrios regnabat.

E Suida.

E SVIDA.

Ζωροάστρης, Περσομήδης, σοφὸς παρὰ τοὺς ἐν τῇ ἀστρονομίᾳ, ὃς καὶ πρῶτος ἤρξατο τοῦ παρ' αὐτοῖς πολιτευομένου ὀνόματος τῶν μάγων. ἐγένετο δὲ πρὸ τῶν Τρωϊκῶν ἔτεσι φ'. φέρεται δὲ αὐτοῦ περὶ φύσεως βιβλία δ'. περὶ λίθων τιμίων ἕν, ἀστεροσκοπικὰ ἀποτελεσματικὰ βιβλία ε'. *id est.*

Zoroastres Persomedus, sapiẽtia superior astronomis, primus auctor recepti apud illos magorũ nominis. Bellũ Troianũ antecessit annis D. Circumferuntur eius libri IIII. de natura: de gẽmis I. prædictionũ ex inspectione stellarum libri V.

EX EODEM.

Ἀντισθένης Ἀθηναῖος συνέγραψε τόμους δέκα. πρῶτον μαγικόν. ἀφηγεῖται δὲ περὶ Ζωροάστρου τινὸς μάγου εὑρόντος τὴν σοφίαν. οὗτο δέ τινες Ἀριστοτέλει, οἱ δὲ Ῥόδωνι ἀνατιθέασιν. *id est.*

Antisthenes Atheniensis conscripsit tomos X. primũ magicũ, in quo narratio est de Zoroastre, illius doctrinæ authore. quod opus alij Aristoteli, alij Rhodoni adscribunt. Item.

Μάγοι παρὰ Πέρσαις οἱ φιλόσοφοι καὶ φιλόθεοι· ὧν ἦρχε Ζωροάστρης, ἐκ μετὰ τοῦτον κατὰ διαδοχὴν Ὠστάναι καὶ Ἀστράμψυχοι. *id est.*

Magi apud Persas dicuntur sapientiæ & dei amatores, quorum princeps Zoroastres fuit, cui Ostanæ & Astrampsychi successerunt.

E Plinij Nat. hist. lib. v II. cap. XVI.

Risisse eodem die quo genitus esset, vnum hominem accepimus Zoroastrem. Eidem cerebrum ita palpitasse, vt impositam repelleret manum, futuræ præsagio scientiæ.

Ex eodem lib. XXX. cap. I.

Magia sine dubio orta in Persidea Zoroastre, vt inter auctores conuenit. Sed vnus hic fuerit, an postea & alius, non satis constat. Eudoxus, qui inter sapientiæ sectas clarissimam vtilissimãque eam intelligi voluit, Zoroastrem hunc sex millib. annorum ante Platonis mortẽ fuisse prodidit. Sic & Aristoteles. Hermippus qui de tota ea arte diligentissime scripsit, & vicies centũ millia versuũ a Zoroastre cõdita, indicibus quoque voluminum eius positis explanauit, præceptorem, à quo institutum diceret, tradidit Azonacẽ, ipsum vero v. millibus annorum ante Troianum bellum fuisse.

E lib. XI. cap. XLII.

Tradũt Zoroastrẽ in desertis caseo vixisse annis viginti, ita temperato, vt vetustatem nõ sentiret.

E Marcellini lib. XXIII.

Magiã opinionum insignium auctor amplissimus Plato, Machagistiam esse verbo mystico docet, diuinorum incorruptissimum cultum, cui sciẽ-

tiæ

runt. Synesius, διὰ πάσης ἡλικίας ἵλεων καὶ ἀκύμαντον τῆς ψυχῆς ἐτήρησα τὴν διάθεσιν.

15. Regius cod. vt & priores editiones, ἄπληστον. Hesiodus tertiæ ætatis homines ἀπλάστους nominat inter alia epitheta.

l. 16. Auratus legit ἦσαν· ὁμῶς δ' ἐμόλοντ' ὑπὸ.

l. 22. Exemplar reg. ἀνδροκτασίαι τ' ἀλεγειναί, *cædes miserandæ.*

Pag. 168. 5. Scripti libri γὰρ οἱ. Turnebus γάρ τις. Auratus, γὰρ δὴ.

13. Regius codex, ποίησεν, οἷς οὐκ ἀγαθὸν. Auratus, ποίησε, καὶ οὐ κάκιον.

14. pro ζεῦξεν scribēdum est εὗρεν, vel θεὸς erit monosyllabum, vt annotauit Turnebus. Et in eodem versu ἐπονοῦντο stat fide scriptorum codicum, & sic erat pagina præcedenti. Impressi habent ἐπενοοῦντο. quod ita corrigit Turnebus, πολλὰ πένοντο.

16. Omnes μιαρῶς. fortè μιαροῖ δ'.

22. Turnebi liber in ora habet, ἢν δ' οἵγ'.

24. In eodem ita scribitur hic versus, σοὶ δ' ὦκ' ἐν ῥίζησιν ἀδιψήτοισι τεθηλὸς, vel τεθήλῃ. Alij legunt ἵν' pro τιν'. Vide pag. 175. & 248. vbi hic versus repetitur. Codex è regia bibliotheca leui correctione liquida omnia reddit, σοὶ δ' ὦκ' ἐκ ῥίζης γε ἀδιψήτοιο τεθηλὸς δουράτεον κέλομαι δῶμ' ἄφθιτον ἀσκήσασθαι Sacræ literæ dicunt ποιήσεις τὴν κιβωτὸν ἐκ ξύλων ἀσήπτων, *Facies arcam ex lignis putredini non obnoxiis*, qualia sunt non sitientia, seu aquam non imbibentia.

P. 171. 2. V. cod. reg. μέστα. Turnebus, καὶ μέστα καὶ δὴ κόλπον.

4. Vetus codex regiæ bibliothecæ, ἔγωγε ὁ ὤν· σὺ δ'.

8. Huius ænigmatis quatruplicem explicationem afferā. Primus omnium Leo suauius in scholiis in librum Paracelsi de vita longa cap. 5. & in lib. de mysteriis nomen ἀρσενικὸν pulchrè congruere scribit: quia quatuor constat syllabis, quarum primæ tres binas continent li-

teras, quarta ternas, ita vt in vniuersum sint nouem elementa. E quibus quatuor sunt vocales, quinque mutæ: ρ.σ,ν,κ,ν. Numerus verò qui significatur, ἑκατοντάδες δὶς, ὀκτὼ καὶ τρεῖς τρὶς δεκάδες, id est, bis centum & octies, atque ter tribus decadibus continetur: quod est nouies atque octies decem, quod est centum septuaginta, vt totus numerus sit ccclxx. Hic numerus exprimitur tantùm à quinque mutis, si eam quæ replicatur nempe ν. semel tantùm sumpseris. Nam assumptis ρ, σ, ν, κ, tantundem conficitur apud Græcos. Quod verò subiungitur σὺν τ' ἑπτὰ, est repetitio prioris summæ. Nam T. significat ccc. & ἑπτὰ (subaudi δεκάδες) lxx. Ita ille. Sed ista solutio planè fanatica est. Altera est P. Morelli, qui vult nomen ἀνέκφωνος eo ænigmate significari: continet enim numerum 1696, ita vt vnitas illi tantùm desit. Totus enim numerus, si à centenariis ad denarios, à denariis ad simplices progressus fiat, continetur 1697. Nam primò sunt bis octo centenarij, qui sunt 1600: deinde sunt ter tres decades, id est 90. Vltimò restant septem monades seu vnitates, qui numeri collecti efficiunt 1697. Solutio hæc non abesset longè, modò Grammatici vocem illam tollerare vellent. Tertia est Ioannis Aurati. Is arbitratur denotari nomen θεὸς σωτὴρ, *Deus seruator*, quod etiam in acrostichide infra habetur. Hoc continetur numerus 1792. & vt ænigma conueniat, pro σὺν γ ἑπτὰ, legit σὺν διττὰ, *vna duo*, vel σὺν δυσὶν, *cum duobus*. Sed nec istud videtur quadrare, quia constat ex duabus vocibus, neque relinquitur textus intactus. Quarta est Iohannis Brentij, vt Hartungus in variis lectionibus refert. Iste aliter colligit rationem numeri quàm superiores, ita nimirum, vt sint bis octo hecatontades, id est centuriæ sedecim: ter tres decades, id est, nonaginta, & ter septem, id est viginti vnum: summa tota 1711. Nam & septenarium existimat triplicandum. Hanc summam in se complectitur nomen φαοσ-

πέδου καὶ ὁ μαλῆς γενομένης, ἕνα βίον καὶ μίαν πολιτείαν ἀνθρώπων καὶ μακαρίων καὶ ὁμογλώσσων ἁπάντων γενέσθαι. id est.

Existimant alij duos esse deos, quasi contrariis deditos artib. vt bona alter, alter mala opera cõficiat. alij eum qui est melior, deũ: qui deterior, dæmonẽ dicũt. In qua sententia fuit Zoroastres magus, quem narrant ιϽϽ*annis antiquiorẽ bello Troiano exstitisse. Is ergo Zoroastres melioris nomẽ Oromazã, peioris Arimanium perhibuit. addiditq; hoc enũtiatũ de rebus sub sensũ cadẽtibus, illum maximè similem esse luci, hunc tenebris & ignorationi. medium horũ esse Mithrã. quæ causa est quod Mithram Persæ mesiten,* i. mediatorem seu intermediũ *nũcupãt. Docuitq; votiuas & pro gratiis agendis oblatas victimas illi immolãdas: huic auerrũcãdi mali causa institutas & tetricas. herbam enim quandam omomi appellatam, in mortario tundẽtes, Ditẽ inuocant & Tenebras: tum admixto lupi iugulati sanguine, efferũt & abiiciunt in locum quo solis radij non pertingunt. Nã & de stirpibus ita iudicant, quasdã boni dei esse, mali quasdã genij: & animaliũ alia, vt canes, aues, & echinos terrestres bono, aquaticos malo adiudicãt. Itaq; & beatum eum prædicãt qui plurimos interfecerit.*

Enimuero illi quoq; multa de diis fabulosa narrãt: cuius generis est quod referã. Oromazẽ natũ aiũt e luce purissimã Arimaniũ e caligine: eos bellum inter se gerere. sex deos fecisse Oromazẽ: primum beneuolentiæ, secundũ veritatis, tertiũ æquitatis, reliquos sapientię, diuitiarum & voluptatis quæ honesta cõsequitur opificẽ. Deinde Oromazẽ sese triplicasse, & à sole tãto se interuallo remouisse quanto à terra sol abest. ac cælũ stellis decorasse, vnamque ante alias tanquã custodem & speculatotem constituisse siriũ, alios porro XXIV. *deos condidisse, & in ouo posuisse. At totidem numero factos ab Arimanio ouũ illud perforasse* hinc mala bonis esse permixta. Appetere porro tẽpus fatale quo necesse sit peste & fame ab his adducta Arimaniũ omnino perdi atque aboleri, terraq; æquabili & plana facta vnã vitã vnãq; ciuitatem beatorum hominum vniuersorum, vnaque lingua vtentium fore.*

Ex eodem de defectu oraculorum.

Ἐμοὶ δὲ δοκοῦσι πλείονας λῦσαι καὶ μείζονας ἀπορίας, οἱ τὸ τῶν δαιμόνων γένος ἐν μέσῳ θεῶν καὶ ἀνθρώπων θέντες, καὶ τρόπον τινὰ τὴν κοινωνίαν ἡμῶν συνάγον εἰς ταυτὸ καὶ συνάπτον ἐξευρόντες· εἴτε μάγων τῶν περὶ Ζωροάστρην ὁ λόγος οὗτός ἐστιν, εἴτε Θράκιος ἀπὸ Ορφέως

φέως, ἢ Αἰγύπτιος, ἢ Φρύγιος. *id est.*

Mihi autẽ videntur pluribus atque maioribus satisfecisse dubitationibus, qui genus dæmonum inter deos & homines posuerunt. modum enim excogitarunt quo humanum genus diuino cõiũgitur. Laudandus ergo est qui primo inuenit, siue Zoroaster, vt dicitur, siue Orpheus, siue quidam Phryx, aut Ægyptius.

Ex Euseb. præp. Euang. lib. 1. cap. vlt.

Ζωροάστρης ὃ ὁ μάγος ἐν τῇ ἱερᾷ συναγωγῇ τῶν Περσικῶν φησὶ κατὰ λέξιν· ὁ θεὸς ἔστι κεφαλὴν ἔχων ἱέρακος. οὗτος ἔστιν ὁ πρῶτος ἄφθαρτος, ἀΐδιος, ἀγένητος, ἀμερής, ἀνόμοιότατος, ἰδίοχος πάντων καλῶν, ἀδωροδόκητος, ἀγαθῶν ἀγαθότατος, φρονίμων φρονιμώτατος. ἔστι δὲ καὶ πατὴρ εὐνομίας καὶ δικαιοσύνης, αὐτοδίδακτος, φυσικὸς, καὶ τέλειος, καὶ σοφὸς, καὶ ἱερῶν φυσικῶν μόνος εὑρετής. *id est.*

Sed Zoroastres quoque magus in libro sacro, in quo res Persicas collegit, hæc ad verbum scribit: Deus caput accipitris habet. is incorruptibilium primus est, sempiternus, ingenitus, expers partiũ, sibi ipsi similimus, bonorũ omniũ auriga, munera non expectans, optimus, prudẽtissimus, pater iuris, sine doctrina iustitiam perdoctus, natura perfectus, sapiens, sacræ naturæ vnicus inuentor.

aa vl